

illis respondeatis; monitis eorum bibulas aures adhibere; illorum correptiones humiliter suscipite; illos summa comlectimini benevolentia. Deus hoc jubet, docet natura, grati animi virtus exposcit, namque post Deum nemo est, cui his plura debeatis. At ne putetis tamen amorem hunc in sola benevolentia debere consistere; fortis esse debet, & efficax; hoc est illum effectibus prae vobis ferre debetis. Illis quocumque a vobis pendet, officia praestate; caveate, ne ob lucellum aliquid illis intententur litem, eos crudeliter excipiant, atque senectutem eorum doloribus replatis; quae res nonnumquam mortem eorum praevertit. Econtra illis laborantibus opem, incrementibus solatium afferte; aegros invisite, senio confectos, si victum sibi comparare nequeant, enurite. Praesertim vero post mortem deserendi non sunt; ne exitum denegatis sibi, ut illos ex purgatorii flammis eruat, quo fortasse lapsi sunt, quia vobis curam suam enixius, atque attentius impenderunt, ita ut Dei ipsius obliviscerentur, vestris utilitatibus, & commodis invigilarent. *Auctor Anonymus.*

Reverentia sine amore perfecta non est; amor sine reverentia inordinatus; sed amor cum reverentia conjunctus eam simul obtinet perfectionem, quam sorsim non possent acquirere. Ajo reverentiam sine amore esse imperfectam; non enim aliud est, quam inane cordis officium, operae nostrae inutilis oblatio, cujus nunquam videtur effectus, urbanitas re vacua. Amorem sine reverentia inordinatam affirmo, suam enim affectionem consilii tantum, & ut plurimum praeteregit urbanitatis fines, quos Christiana Religio permittit. Reverentia aliquid ex prudentia natura participat, quae nimis diu re meditat, eas nunquam exequitur; amor vero participat est naturae ignis, qui cum nimis violentus sit, nimisque ferat impetu, faneffissima parit incendia. Haec sunt ista duo, cum invicem sunt separata; at ubi conjuncta sunt quodam officio amoris praestit reverentia? Hoc amor sit ardens, haec impetus illius moderatur. Altera vero ex parte quodam officio amor praestit reverentia? Cum reverentia sit lenta; amor illum excitat, ac ad opus impellit; haec in bene nato pueri conditiones a se requiruntur; opus est, ut atro-

rem, ac reverentiam erga parentes suos praefereat, vel ut melius dicam; reverentialis amor in ipso perquiratur. *Sermo Manuscriptus.*

Verum est, plurimas a Jurisprudencia tradi rationes, per quas filius a patris potestate mancipari potest, ac suam acquirere libertatem; at nulla civilis lex, vel humana potestas filium exolvere potest a naturali necessitate parentes suos honorandi ad extremum usque vitae spatium. Primum istud officium palam, conceptisque verbis in lege praecipitur, ac a Spiritu Sancto lapsus in Scripturis commendatur; & addit rationem: *Memorato, quoniam nisi per illos natus non fuisset, & crevitque illis, quomodo & illi sibi.* Parentes nostri sunt imagines Dei, ac post illum vitae nostrae fontes, atque principia, nec non instrumenta, quibus ille usus est, ut nobis vitam tribueret, eamque servaret. Auctoritas ipsorum divinae potestatis est radius, atque ideo illos honorare debemus, quicunque illi sint. Quamvis pater nequam sit, iracundus, honorum suorum dissipator, immo etiam impius; semper tamen pater est; & organum, quo Deus usus est, ut tibi vitam largiretur; ipse divinae paternitatis est imago; ac tu debes illius revereri auctoritatem tamquam sanctam, atque divinam. *Pater le Jeune.*

Hoc de parentibus colendis mandatum ab Apostolo *Primum in promissione* vocatur; videlicet primum, cui Deus praemii promissionem adiecit. Alia aequo intermeranda, ac ejusdem momenti praeccepta Deo irrogata fuerunt, equidem fateor; sed hoc primum est, quod maximo naturalium bonorum omnium, vita nempe, remunerari voluerit; perinde ac nemo diu beneficio hoc dignus esset, nisi filius, eum colens, a quo illud recepit, volente Deo nos ad praecipuum hoc servandum excitare, & ex nostra utilitate, & eo praemio, quo non aliud jucundius in hac vita nobis accidere potest. Atque ut haec merces amplior esset, vitae hujus diuturnitati bona addit temporalia, quae illam beatitorem efficiunt, quandoquidem illis beneficiis, quibus parentes benedictionem impertunt; quae quidem in lege veteri maxima erat, atque preciosissima hereditas, quam illis pater relinquere possit. *Auctor Sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta Tomo 1. Dominica.*

Nulla potestas solvere potest filium a necessitate parentum suos colendi.

Ex lib. 1.

De praes. pro a Deo iustitio de parentibus honorandis. Ad Eph. 6.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Systemata.

**I. D**E necessitate restituendi aliena bona, seu quae injuste acquisita sunt, quomodocumque possidentur. Tres propositiones Concionii argumentum, ac divisionem possunt praebere: prima nullum esse statum, nullum officium, conditionem nullam, ubi aliquis se ipsum excusat hac in re, uti debet, neque justam habeat meruendi occasionem, ne aliquam alieni boni partem habeat, quam ideo restituere teneatur. Altera est, nullam humanam considerationem prohibere debere, ne illud bonum restituamus, quod injuste a nobis usurpatum cognoverimus, & quod nostrum non est; 3. Neminem a restitutione dispensari, nisi qui solvendo non est ea, quae surripuit.

Quod ad primam pertinet, tamquam principium constituit potest, cupiditatem, hoc est affectum, quo aurum, argentumque congerere appetimus, quibus necessitatibus nostris consulere possumus, late in terris dominari, atque in omnium mortalium corde imperium exercere. Inde vero quot doli, quot fraudes, quot sophismata, ut bona vel iuste parta fuisset, vel aequa conscientia retineri posse persuadeantur? Instituenda est variorum statuum prolixio, ubi facile est, immo & facillimum proximo injuriam inferre. Qui iuridicum, & militiam vacant, Domini, Servi, Principes, Subditi, Magistralis, Artifices, Divites, Pauperes ad id lexcentas habent occasiones, modos, atque praetextus; ita ut non facile tantum sit, sed ferme etiam inevitabile, aliena habere bona, vel rapta, vel hereditario jure accepta ab iis, qui usurparunt illa; post quod ostendenda est inevitabilis eadem restituendi necessitas.

Quod ad alteram spectat propositionem, nulla est humana ratio, quae prohibere nos debeat, ne male parta restituamus. Hic reselli possunt omnes praetextus, quos nobis cupiditas suggerit, desumptos ex conditionis suae fulgore, qui non poterit amplius sustineri; & ea necessitate, in quam erimus redigendi; ex familiarum filiorumque utilitate, ex metu boni nominis amittendi &c. quarum cogitationum nulla salutis nostrae negotio est anteferenda.

Quod tertiam ostendendum est, tunc solum nos a restitutionis necessitate liberari, cum solvendo non sumus; sed hac in re non desse periculum arbitrandi nos impares solvendo esse tunc etiam, cum pares sumus. Quod si re ipsa desit, unde male parta restituere valeamus, docendus est Auditor, quid hoc in casu eidem faciendum sit.

**II.** De furto, alienisque bonis, quae retinentur. 1. Nullum vitium est, propter quod tam male audiamus, quam susurrari, & aliena bona retinere. 2. Nullum vitium est, quod confiteri magis pudeat, & quod melius dissimulare noverimus. 3. Nullum vitium est, quod magis illaqueet, impediaturque conscientiam, propter aliena bona, quae restituenda sunt.

**III.** De eodem furti subiecto. Ostendi potest. 1. Licet paupertas, atque egestas suffragandi praebet occasionem, divites tamen magis quam pauperes in periculo aliena retinendi versari, eo quod habendi cupiditas cum ipsa crescit pecunia. 2. Seu divites seu pauperes indiscriminatim ad restitutionem iustitiae titulo debent; ubi docendum quoniam sit hujus restitutionis necessitas.

**IV.** In eodem furti, rapinaeque argumento ostendere etiam possumus: 1. Inertiam, ignaviam, laboris fugam pauperes ad furandum impellere; & qua cura evitandum sit illis hoc scelus, quod reparari facile non poterit: 2. Vanitatem, luxum, & avaritiam suadere divitiis ut proximo impotentia, concussione, & iniustitia inferant damnum. 3. Hoc peccatum efficere, ut divites, pauperesque sibi mutuo fidere nolint; ideoque commercium omne, ac civilem societatem perturbari.

**V.** De alienis bonis generatim, ostendi potest, ad tria nos necessario teneri. 1. Restituenda esse aliena bona, quae surrepta fuerunt, vel quae retinentur injuste. 2. A se alienum dissolvendum esse, neque retinendam esse mercedem eorum, quorum opera uti sumus.

3. Non exigendum aliquid ultra id, quod nobis debetur, quod accidit in foenore.

Aliena bona esse restituenda. **VI.** 1. Iustitia haec praecipit restitutionem, ita ut nulli la alia virtus huic supplere valeat officio. 2. Poenitentia, quae omnia delet peccata, hinc incipit, & hoc si desit, neque valida esse potest, neque sincera. **VII.**

Alienum res dissolvendum esse; haec est iustitiae obligatio, alienumque bonum, quod injuste retinetur. Tres autem hominum species huic defant muneris; iisque persuadendum est, ut eodem persolvantur.

Primi illi sunt, qui se debere negant; si hoc improbe negant, quia nulla superest syngrapha, qua debitum probetur, nequissima est iniustitia creditorem fraudare, qui bona fide mutuum dedit. Si putant se non debere; opus est seipsum hac in re diligentissime excutere; omniaque singillatim ad examen revocare, ut facti veritas innotescat.

Secundi illi sunt, qui debitum quidem fatentur, sed qui solvendo non sunt; quod in casu docendi sunt, quid ipsis faciendum, ut & iustitiae, & conscientiae suae satisficiant.

Tertii, qui debitum fatentur, & illud possunt dissolvere, sed procrastinando efficiunt, ut sui creditores elanguant; his gravissima, quam committunt, iniustitia ostendenda est. *Ex Auctore Sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta in Dominicali. Sermon pro 21. post Pentecosten Dominica.*

De alienorum bonorum restitutione ostendi potest. 1. Inevitabilis male parta restituendi necessitas; necessitas praeccepti, necessitas medii, necessitas medii unci, quae, cum hac restituito fieri possit, aliunde suppleri non potest. **VIII.**

2. Necessitas concomitandi restitutionem hanc cum omnibus necessariis conditionibus ne inanis, & inutilis fiat; quia fieri debet illis, quibus aliquid ereptum est, vel damnatum aliquod illatum; debet etiam quamprimum fieri, neque mors expectanda, ut testamento legeretur.

3. Integra esse debet, non solum ex parte, quod faciunt illi, qui cogunt creditores suos, ut sibi debiti partem remittant; ne amittant totum. *De la Font Tomo 4. Sermonum Ecclesiasticorum Tomo 22. post Pentecosten Dominica.*

De eadem alienorum bonorum restituendi necessitate, 1. Nihil facilius, & vulgatus in mundi commercio, quam aliena habere bona, & alicui damnum inferre, 2. Nihil difficilius, quam aliena bona restituere, vel illatum damnum reparare. *Auctor Sermonum in omnia argumenta, in Quadragesima seria secunda majoris hebdomadae.*

Hoc ipsum argumentum aliter offerri potest hoc pacto. 1. Moraliter impossibile esse, divites aliena non habere bona. 2. Moraliter impossibile esse illos hac restituere propter summas, quae ibi occurrunt difficultates. *Desumptum ex Sermonibus Abbatis de Breteville.*

1. Necessitas aliena bona restituendi. 2. Unde haec necessitas proficiscatur. 3. Deplorabilis cum pro temporali, tum pro spirituali eorum statu, qui hoc munus non explet.

1. Impossibile est, absolute loquendo, aliquid saluum fieri posse, nisi male parta restituat, cum possit. 2. Impossibile est, moraliter loquendo, & quasi absolute, hominem terrenis inhaerentem bonis facere restitutionem saluti suae necessariam. *Brevi parte tertia cujusdam Sermonis in Adventu.*

Cum generatim consistit restitutionis necessitas, duo peculiares errores impugnari possunt. **XII.**

1. Alii nimis facile sibi persuadent se nullius iniustitiae coram proximo reos esse. **XIII.**

2. Alii agnoscunt damnum iniuste illatum, at se ab eo reparando dispensant factas preterendo rationes, quibus amor proprius speculorum colorem tribuit. *Ex P. Chemniti.* **XIV.**

1. Injuste quaesita restituenda sunt, & quae rationes hoc inevitabiliter jubeant. 2. Quinam hanc facere debeant restitutionem; vel ad quos haec restituito pertineat. 3. Cui sit restituendum. *P. le Jeune Oratorii Praebyter.*

FURTUM.

Aliena Bona, Restitutio.

MONITUM.

**H**OC etiam ex illis argumentis est, quae cum illis, cum quibus aliquam rationem habent, ita coherent, ut inde omnino separari non possint; nam aliena bona injuste parta, furtum, ac restitutionis necessitas naturaliter cum Avaritia, Divitiis, & Usura, de quibus alibi sermo est, necessario conjunguntur; quod tamen non abest, quominus varii fieri sermones possint, & tamquam divergia argumenta tractari. Interim sub hoc Furti titulo colligimus quicquid ad aliena pertinet bona, & restitutionem eorum necessario efficiendam, cum injuste retinentur; quibus addemus de necessitate aeris alieni solvendi sermonem; quoniam vel solutionem tenere, vel differre non licet, quin contra iustitiam peccetur.

Hoc argumentum, quod Moralis Theologia tamquam non postremum ex quaestionibus suis tractat, non cedit utilitate ceteris, quae de suggestu possunt pertractari, propter necessitatem, quae tenetur unusquisque, hac in re se ipsum excutere, & propter multitudinem eorum, qui huic subiacent noxae, nec non propter periculum salutis, quod subeant, qui hoc munus non expleant, vel qui minime quaerunt, quid hac in re sibi faciendum sit, intelligere.

Cum autem huiusmodi argumentum de suggestu non eadem ratione tractandum sit, qua tractatur in schola; & nihilominus sit isdem principis insistendum; Concionator eam sequi regulam, monitumque debet, quod doctoribus tribuitur; videlicet ut caveat, ne quid exaggeret, ne secundum sua praesudicia decidat, ne quid proferat, quod certum, intumque non sit, sive ne tumultum conscientiae inferat, sive ne quis ad restitutionem incepte cogatur, sive ne alius restituere subeat, quam iis, quibus damnatum, & injuria collata fuit, ita ut acriter hortatus ad ea restituenda, quae injuste quaesita sunt, atque ostendens necessitatem hujus muneris adimplendi suadet semper, ut has in re doctorum virorum, & eorum, qui exploratae sunt probitates, consilia quaerantur. Hoc autem nequaquam relaxationem intuebitur, quin immo e contra, & Concionatorem, & Auditorem cogit, ne quid temere ille dicat, hic faciat.

PARA.

Hudry Bibl. Tom. II.

Cc 2. Cum



XV. Cum bona aliena sublata, vel usurpata semper sint restituenda; in alienis bonis tria considerari possunt, ex quibus tres Sermonis partes possunt constitui.

1. Injusta acquisitio quocumque modo fiat. 2. Injusta detentio eorum etiam, quae sine crimine sublata sunt. 3. Damnum proximo illatum bona illius usurpando, vel retinendo.

XVI. Tres sunt iniustitiae species, quae ad restitutionem erga proximum obligant, ex quibus totidem fieri possunt Concioniae partes.

Prima species manifestarum est iniustitiarum, quae in magis invidiosis negotiis fiunt.

Alteri iniustitiarum praetextus, quae palam quidem, sed cum quadam conscientiae specie fiunt.

XVII. Alienorum bonorum restitutio in mortis articulo triplici de causa differenda non est.

Prima est, quod semper his restitutionibus procrastinantes tandem in eam cordis indurationem labimur, ut ulterius restituere nolumus; ita ut quo magis hoc munus adimplere differimus, eo magis illud contempnamus, & negligamus.

Alteri est, quod licet hoc sit facienda restitutio, ab invito fit, cum in mortis articulo rejicitur, vel cum haeredibus efficienda relinquatur.

XVIII. In furti materia tria haec possunt considerari. 1. Quam invisum Deo, & hominibus sit hoc scelus: 2. Quam inhumanius inter homines familiare: 3. Quam difficile sit spontanea remedium.

XIX. De restitutione, triplicem considerare possumus personarum characterem.

Primi quavis sciant se aliena possidere bona, ipsa non restitunt, quia ipsis satis persuasum non est de absoluta restitutione necessitate: quibus ostendendum est sine restitutione nullam ipsis ad salutem patere viam.

Secundi illi sunt, quibus licet persuasum sit de aetate, & essentiali hac necessitate, summa vi sibi persuadere contendunt, nihil a se possideri, quod sit restitutionis materia.

Tertii denique illi sunt, qui videntes se plurima habere non sua, inanes requirunt praetextus, inespaciae excusationes, ne adeo inevitabili necessitati, qualis est restitutio, satisfiant.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoritates, unde aliquid hauriri possit ad proponenda Concionum Structuras exornandas.

Sancti Patres. Sanctus Augustinus, Epist. 54. ad Macedonium, in hac Epistola, quae satis proluxa est, loquitur de his omnibus fere, quae ad hoc pertinent argumentum, praeteritur vero de poenis Canonice, quibus a quo suo puniebantur, qui aliena bona restituere detestabantur, & docet poenitentiam sine restitutione esse inutilem.

Idem, nota de quinquaginta Homiliis; & Serm. 19. de Verbis Domini, de his loquitur, qui restituere tenentur, & docet, fas non esse ex male partis elemosynas erogare, nisi sciri possit, cui damnum fuerit illatum; atque antea esse restituendum.

Idem, Homil. 35. in S. Matth. elemosynas ex alienis bonis erogatas condemnat, nisi lateat, quibus sint restituenda.

Idem Adhortatione secunda in cap. 25. ejusdem S. Matthaei loquitur de restitutionibus, ac de eo, quod veras a falsis distinguit.

Idem Adhortatione prima in cap. 27. S. Matthaei contra eos invehitur, qui Tempia donariis cumulant ex eo, quod proximis furripuerunt.

Atheistici. Catechismus Concilii Tridentini in septimum mandatum furti species profertur, ac ostendit necessitatem iniuste exacta boni restituendi.

Eos praeterea qui ediderunt Summas casuum Conscientiae, qui hoc exhaustum argumentum: infinitus quippe est eorum numerus. Lessius, & Molina de Justitia, & Jure, nihil reliquum fecerunt, quod in hoc

argumento probari possit; quorum decisiones inoffensa pede a Concionatore perlegendas esse veor.

Raynerius de Pilis peculiariter id pertractavit, quod ad furtum pertinet.

Marchantius in libro, cui titulus Hortus Pastorum, hac de re furtus verba facit, ut Theologum, & Concionatorem decet.

Liber, cui titulus, La Guerre aux vices, ostendit furtum ex omnibus peccatis illud esse, quod maxime calamitosos efficit homines, eosque impedit.

P. Nepveu Tomo 4. Christianarum Considerationum, unam habet de alienorum bonorum restitutione.

Ex quo Moralibus praedicari incipit, etiam de restitutione, quae antea Casuistarum tantummodo propria erat, egi ceptum est. Hi sunt Concionatores, quos editos invenire potuit.

P. Bourdaloue inter sermones, qui sub ejus nomine circumferuntur.

Abbas de Breteville in Specimine Sermonum profertur secunda hebdomadae majoris.

Formentieres. De la Volpilliere.

Auctor Sermonum moralium. P. Cheminai, Tomo 3.

P. le Jeune Oratorii Presbyter.

La Font Tomo 4. Ecclesiasticorum Sermonum Dominica 21. post Pentecosten.

Auctor Sermonum in omnia Ethicæ Christianae argumenta, Tomo 3. Quadagesime.

Idem in Dominicali Sermone pro Dominica 21. post Pentecosten Sermonem habet de necessitate alieni æris solvendi.

P. Mathias Faber, Conc. 3. de Dedicacione, per occasionem Evangelii hac solemnitate recurrentis, verba facit de restitutione.

P. Ludovicus Graaatenis, in locis Communibus. V. Furtum.

Summa Praedicantium, V. Furtum, & Restitutio.

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & applicationes Scripturarum huic Argumento.

Furtum non facies. Exod. 20.

Si inventum fueris apud cum quod furatus es, vivens, sive bos, sive ainus, sive ovis, duplum restituet. Ibid. 22.

Si leserit quisquam agrum vel vineam, & dimiserit jumentum suum ut depascatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea, pro damni estimatione restituet. Ibidem.

Si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. Ibidem.

Alii dividunt propria, & ditiores sunt: alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Proverb. 11.

Multis hominibus misericordes vocantur; virum autem fidelem quis invocet? Prov. 20.

Qui cum fure participat, odit animam suam. Proverb. 29.

Qui subtrahit aliquid a patre suo, & a matre, & dicit hoc non esse peccatum, participat homicidae est. Prov. 28.

Qui ssumat ditari, non erit innocens. Ibid.

Imolantis ex iniquo oblatio est vacuata. Eccli. 34.

Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat solum in conspectu patris sui. Ibidem.

Videte, ne forte furivus sit: reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Tob. 2.

Ve qui praedatis, nonne & ipse praedaberis? Isa. ix. 33.

Cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam: manus enim vestrae sanguine plene sunt. Ibid. c. i.

In aliis tuis inventus est sanguis animarum pauperum & innocentium. Jerem. 2.

Si egerit poenitentiam, & pignus restituerit impius, rapinamque reddiderit, nec fecerit quidem injussum, vita vivet, & non morietur. Ezech. 33.

Hec est maledictio, quae venit ad domum furis, & commorabitur in medio domus ejus, & consumet eam. Zachar. 5.

Hec est maledictio, quae egreditur super faciem omnium terrae: quia omnis fur judicabitur. Ibid.

Ve ei, qui multiplicat non sua. Habac. 2.

Furtum & adulterium inundaverunt. Olee 4.

Reddit, quae sunt Caesaris, Caesari. Matth. 22.

Eccc dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus; & si quid aliquid defraudavi, reddo quadruplum. Luc. 19.

Neque fures, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. 1. ad Corinth. 6.

Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. 1. ad Tim. 6.

Thesaurizatis vobis iram in novissimis diebus. Jacobi 5.

Exempla ex Veteri, Novoque Testamento desumpta.

Exemplum Achan. Quantum Deus horreret furtum patet in lege Veteri, hoc satis patet ex supplicio Achan, quod in septimo libri Josue Capite enarratur.

Surruperat Achan spellestem aliquam, pecuniamque ex eis, quae ex Jerichuntinis Manubiis in Domini thesauro inferenda reservabantur. In sacris hujus furti poenam non solum permisit Deus, ut tria hominum millia de Israelitarum copiis ab exigua hostium manu vincerentur, & conjicerentur in fugam; sed praeterea Josue scilicet turpissimae hujus claudis clausam, responsum est, esse in exercitu ipsius facilem furem, qui surripuerat, ac in proprium usum converterat partem eorum quae Deo fuerant devota, & donec qui tantum sceles paraverat, lapidibus non obrueretur futurum esse, ut Deus populum suum hostium furori traderet; ita ut horum impetum sustinere minime valens, quocumque se offerret occasio, sese daturus esset in fugam. Hoc satis fuit, ut Josue in celebratissimum caput animadverteret, simul ac enim delectus fuit nequissimus fur, omnia quae ab eodem possidebantur, flammis absumpta fuere, ipse vero ab universo populo lapidibus obrutus. Mirum fane spectaculum fuit videre nongenta hominum millia numerata in calamitosissimum hunc raptorem lapidibus petendum intentam, & non mulierem, non puerum destitisse, qui in sceleris executionem in illum non mitteret lapidem.

Opus est, ut quilibet seipsum diligentissime examine, utrum bona, quae possidet, jure exacta sint, & utrum bonis suis aliquid alienum immixtum sit. Videte, aiebat uxori suae Tobias, ubi auribus ejus accidit hosti belarus: Videte ne furivus sis. Videte, utrum hoc animal ad aliquem ex acolis nostris pertinet, an furto surreptum sit, volo enim, statim domino reddi: namque non licet nobis comedere aliquid ablatum, immo neque attingere, cuiuscumque illud sit.

Restitutio, ubi fieri quaerit, sola est, & unica ratio obtinenda veniae ob damnum proximo illatum; & quocumque fiat poenitentia, inutilis est, nisi iactata, quam ille passus est, reparetur. Hac fallax est poenitentia, ac simul illi, quam praefertur Achan, qui ab Elia Propheta correptus, se se coram Domino prostravit, ac membra sua texit cilicio; sed non reddidit vineam, quam eripuerat Naboth, ideoque nec veniam obtinuit. Idem accidit quoque illis omnibus, qui inanes quaerunt praetextus, ut alienorum bonorum usurpationi, vel retentioni suam aliquam, coloreque allinant. Nisi restituerint, nulla ipsis venia speranda est.

Jude exemplum, de quo jam locuti sumus, cum de avaritia sermo esset, satis notum est, quin ulterius de illius furto sint verba facienda.

Qui se reos esse cognoscunt eo quod aliena retineant bona imitari debent Zachaum nuper vere convertitum. Ingens illi erat patrimonium; & difficile erat ne in publicis negotiis, quae egerat, transigeratque, nemini damnum intulisset, atque male paria non possideret, eo quod fortasse aliquid ultra quam par erat, exegisset Judae exercens vestigalia. Quod autem fecit ille, ut repararet damnum, quod exactioem nimium severis forsitan attulerat Erogat ille pauperibus dimidium omnium bonorum suorum: quae quidem insignis est elemosyna, sed non ex alienis bonis effusa: simul vero addit, se, si aliquid defraudasset, illi quadruplum redditurum.

Applicationes.

Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. Job 20. Eos, qui injustis rationibus bona acquirerunt, Sanctus Gregorius aviculis comparat, festinantibus comedere eicam, quae illis exarbitur, & quae captantur laqueo sub eis latente; vel pisci avidae hamum de-

glutient; qui inevitabili illi mortem inferunt: haec enim, quem cum eis deglutit, ita viceribus eius infigitur, ut evomi minime possit, quod necesse est, ut a morte liberaretur. Haec illius est infelicitas, quae detescere festinavit aliena eripiens bona. Deglutivit hamum, quo enecatur; quia simul obligationem subire reddendi ea, quae satisfatus est; quod tamen non nisi maxima cum difficultate fieri potest, perinde ac ipsi viscera essent evoranda: Divitias, quas devoravit, evomet. Sin autem sit hic, & generator, qui tantum bonorum habet, quae ad alios pertinent, ea statim reddere abnuit, illa licet invito evomet in morte, sed non nisi summa vi, quasi ipsa viscera evomet: Et de ventre illius extrahet eas Deus.

Succidite arborem. Daniel. 4. Princeps quidam in Scripturis Sanctis arborem vidit quae illi admirationem iniecit. Arbor hac verticem in caelum usque attollebat, ramoque suos super terram faciem late protendebat: cuncta animantia fructibus illius vesciebantur; & arbor hac illis regem, umbramque suppeditabat, sub qua requiescerent. Sed Princeps ille vocem audivit clamantem: Succidite arborem: verumtamen germen radicem ejus in terra sinit. Mihi quidem non est ea ingenii vis, quae Daniel Propheta insiguitus erat, ut visionem hanc valeam interpretari; sed hic mihi videre videor, quod facit, & facere debet ille, qui aliena possidet bona. Homo iste ingentibus auctus opibus verticem suum in caelum usque exultat, ramoque suos in terram protendit: hic plurima habet negotia, officia, mandata, quae abis committit; atque in statu hoc affirmare potest se umbram, pabulumque praebere plurimis, qui domi eundem versantur.

Sed hae de caelo vox auditur: Succidite arborem: auferenda est haec fervorum turba, haec reliquenda vestrum pompa, hic mensis impetus imminuendus, ut bonorum male partorum justa fiat restitutio: Verumtamen germen ejus in terra sinit. Sed adhuc in terra hic homo relinquendus est, ut si hactenus rapinis, & fenoribus edidit fructus iniquitatis; imposterum fructus ferat poenitentiae, ab alienorum bonorum restitutione ducens initium.

Thesaurizatis tibi iram in die irae. Ad Rom. 2. Verba haec aptius applicari non possunt, quam illis, qui vi, furto, ac ignore opes congerere student; etenim si quolibet furto, sicut conculsit, Deum ad iracundiam provocat; nonne qui hoc pacto thesauros accumulat, hic sibi iram thesaurizat?

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & Sententiae Sanctorum Patrum huic Argumento.

SI res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur poenitentia, sed fingitur: si autem redierit agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Aug. Epist. 54. ad Macedon.

Iuste dicitur Advocato: Redde quod accepisti, quando contra veritatem stitisti; iniquitati adsumpsi, judicem seculi, iustam causam oppressisti, de falsitate victisti. Idem, ibid.

Quod invenisti, & non reddidisti, repudias quantum potuisti, fecisti; quia non plus potuisti, idcirco plus fecisti. A gult de verbis Apostoli. Idem, ibid.

Lucrum in arca, damnum in conscientia tollit vestrem, & perdit fidem; acquirit poenitentiam, & perdit justitiam. Idem.

Pessimum hominum genus commemorat, cui poenitentiae medicina nihil prodest. (Loquitur de his qui restituerent volant quod rapuerunt. Idem; Epist. ad Macedonem.)

O lucra damnoisa! Vide quid perdit, & quid invenit, rapit pecuniam, & perdit animam. Idem, in Psal. 67.

Furti nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienae. Idem, lib. Quarta in Exod. q. 11. Præda ista tibi miscipula est; teneo, & teneris. Idem, in Psal. 67.

Lex scripta in cordibus hominum, quam nequisque dedit, detestatur iniquitas: quis enim fur equo animo patitur furem? Idem, lib. 2. Confess. cap. 40. q. 11.

An crudelior est qui subtrahit aliquid vel eripit divitiis, quam qui trucidat fœpore? Heo, atque hujusmodi male utique possidentur, ut vellem ut restituere. Idem; Epist. ad Macedon.

In latronibus est aliqua scelerum atrociorum sed

glutit, vel laqueo, quo vitia capitur.

Ideo in hac vita patitur Deus cum, qui aliena eripit, ut illa restituat.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.

Idem, ibid.



avaritia palam servit. 3. Cyrian. Qui successit hereditati plene iniquitate, etiam ipse non rapuit, habet ea que sunt aliorum; alius spoliavit, sed tu possides; ille rapuit, sed tu foveris. Chryl. Hom. 14. in cap. 5. s. ad Corinth.

Elemosyna repudianda non est, si pauperibus dispensatur quod ex illicitis rebus accipitur; quia qui has institutione male accipit, ut quasi bene dispenses, gravatur potius quam juvatur. Gregor. lib. 7. Epist. 112.

Si tanta pena mulctatur qui non dedit sua, qua ferientius est qui abstulit aliena? Idem, super illa Martha verba, euri vi enim, & non dedistis, &c. Rapienti nullus modus, ubi nulla mensura cupiendi. Ambr. lib. de Abel.

Si sterilitas in ignem mittitur, rapacitas quid meretur? Aut quid recipiet qui aliena auferit, si semper ardebit qui de suo non dedit? & si iudicium sine misericordia erit illi, qui non fecerit misericordiam, quale iudicium erit illi qui fecerit & rapinam? S. Fulgentius.

Si pauperibus non dare tulisset, quid illis tollere quibus jubetur offerre. Cassian. lib. 5. Epist. Quid tibi proderit nisi peccati veniam impetrasse, ut tamen ei quem laeseris, damnatum non sciat? cum tu duplici ledere consilium tendis; altero, quia secleratis artibus facultates tuas auxisti; altero, quia male parati operi retines. Gregor. Nazianz. Orat. 40.

Falsa sit opacitas, si aut odium in corde gestatur, aut si offensa non satisfiat. Concil. Lateran. 4. Canon. 39.

Non multum interest quoad periculum anime, detinere iniuste, ac invadere alienum. Idem, Canon. 39.

Possessiones que de usuris comparate sunt vendi debent, & ipsa pretia bis, a quibus usura exorta sunt, restitui. Decilio Alex. Tertii in append. Lateran. 3. p. 17. c. 5.

Natura equum est neminem cum alterius detrimento lacupletorem fieri. Axioma Iuris. Publici praecones non erubescunt. Seneca.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologie peno ad hoc argumentum deprimi valeat.

Urti definitio ex Sandis Augustino, atque Thoma desumpta est. Est iniusta, & occulta usurpatio, vel ablatio alieni boni. Distinguitur autem a rapina, quod hęc palam apertaque vi fiat, illud vero clam, & que furtim. Theologi cum Angelico Doctore affirmant hęc duo esse variaz naturę peccata; si navi dicere, aperta vi rapere quod non situm non est, esse tantummodo circumstantiam criminis aggravantem. Quidquid sit, liquet furtum, atque rapinam sepius confundi, atque sub eodem nomine contineri; atque Sacrosancta Tridentina Synodus animadvertit, Deum in mandatis suis precipientem, ne quis sibi aliena usurperet bona, furti potius, quam rapinæ usum fuisse nomine facile enim iudicium patet, tunc cum minor prohibentur peccata, quę in data materia committi possunt, graviora multo magis prohiberi. Quibus addendum est sub hoc vocabulo usurpandi aliena bona, quomodocumque id fiat, contra illius voluntatem, ad quem pertinent, contineri etiam interdum illa retinendi, & obligationem eadem restituendi; quamvis contingere possit, ut illa citra peccatum aliquis acceperit, vel arripuerit. Hoc autem multo magis ad illos extenditur, qui damnatum aliquod intulerunt, etiam si inde nullum quæstum perciperint.

Sandus Thomas quest. 2. a. 2. de restitutione necessitate verba faciens, concludit hunc esse actum iustitiz, ideoque de necessitate salutis; hoc est, nisi restituatur id, quod nostrum non est, quidquid aliunde fiat, nullam nobis sperandam esse salutem. Quod semper intelligendum est, cum hoc facere liceat, & solvendo parus sumus; quod semper supponendum est. Itaque licet nullum adeo enorme sit crimen, cuius remittendi facultatem non habeat. Ecclesia, dummodo verus dolor adfit, atque constans illius ulterius nequaquam perpetrandi propositum; etiam si vel unum tantummodo ex alienis bonis habeat argentum, quantumvis te illud surripuisse pœniteat, ac imposterum nihil tale autrum proponas, nisi restituas illud, vel sincere illud te quamprimum, ubi licuerit, restitutum pollicearis, nemo te in terris abolvere potest;

est; & quantumvis invenias, qui te crimine absolvat; coram Deo nulla erit, & invalida abolutio.

Theologi, cum Sancto Thoma, tres necessitatis species distinguunt: primam præcepti dicunt, alteram medię, tertiam vero præcepti simul, & medię. Dicunt aliquid primo in sensu necessarium esse, cum Deus illud præcipit proposita æternę damnationis pena: in altero sensu necessarium vocant, quod medium est a Deo, ut si ad finem aliquem institutum, ut sine ullo finis hoc modo necessarium valeat: Denique aliquid tertio modo necessarium appellant, cum duplex hæc qualitas simul concurrat. Hoc in sensu baptismus necessarius est, ut ab originali peccato expietur; quippe hinc quidem præceptum nobis est, inde vero non alia suppetit ratio, qua illud defectu supplere possumus: & in hoc etiam sensu ad eundem finem necessaria est male partorum bonorum restitutio, vel fincera illius efficiende volentia. Non alia patet via in gratiam cum Deo redeundi, nisi plena, integraque restitutio, damnatum proximo illatum reparatur.

Cum de restituendi necessitate loquimur in hac materia, supponitur semper restituendi facultas; quę si desit, obligatio suspenditur, licet non auferatur. Hęc enim reviviscit, statim ac nobis suppetit, unde bona iniuste vel rapta, vel retenta restituamus. Etenim Concilia iisdem censuris percutiunt, iisdemque pœnis addicunt & raptores, & iniustus alienorum bonorum retentores; etenim ex utraque hæc specie injustitiz proximus idem patitur præjudicium.

In dubium revocari non potest, quominus præceptum adfit de alieni boni restitutione: Præceptum, quod non solum affirmativum est, quatenus imperat, ut cuique, quod suum est, & quod illi est, restitatur; verum simul & negativum, quatenus vetat, ne aliena retineantur bona, ubi quatenus verat, ne aliena retineantur bona, ubi restituendi illis partes sumus; tunc enim restitutio illis omnino par est furto, ac rapinę; quippe nullum interest discernim inter ea damna, quę proximo inferuntur, sive illius bona eripias, sive retineas.

Ex hoc principio, quod a Sancto Augustino invidis probatur argumentis, videlicet post aliena bona erepta, criminis veniam obtineri, & veram penitentiam fieri non posse, nisi prius ablatum fuerit restitutum; falsa illatione inferitur, restitutionem non minus ad salutem necessariam esse quam penitentiam in adultis, qui peccaverunt nam sine ablati restitutione inutilis est penitentia; quę in re Theologi ita argumentantur. Dolor ob Deum læsum, & emendationis propositum ut loquuntur, quod est essentialia penitentiz, necessario completitur efficacem voluntatem recedendi a peccato, & iis omnibus satisfaciendi, quę ad id requiruntur. Sed Christianus, qui aliena bona usurpavit, artificiosa tenetur necessitate eadem restituendi, & nisi habeat voluntatem muneris huius expendi, adfit in peccato est, quia in injustitia patrata perseverat. Ut igitur habeantur necessarii ad hoc reconciliationis Sacramentum dispositiones, opus est, ut verum adfit propositum peccati huius relinquendi, & huic muneri satisfaciendi, hoc est restituendi, & huic muneri satisfaciendi, si hoc fieri possit, & nisi hæc cordis dispositio habeatur, licet speciosum videaris habere dolorem, habes tantummodo penitentiz phantasma. Si penitentia necessaria est ad peccatorum, cuiuscumque sint generis, partorum veniam obtinendam, restitutio boni iniuste quæsitæ eisdem est necessitatis, quippe conditio est, sine qua criminis huius penitentia nulla est.

Opus non est argumentis, ut probemus, eandem iustitiam, quę prohibet, ne cui vim inferamus, exigere, ut ceteri, pleneque restitutione repetamus damnatum, quod fratribus nostris attulimus. Sola rationis lumina, quin ad divina contugiamus oracula, sufficiunt, ut obligationis huius veritas ita liquido pateat, ut in dubium vocari minime possit: hoc enim officium legis naturalis principio innitur apud omnes ita probato, ut non Ethnicorum errores, non terribilis illa corruptio, quę in hominum mores irrupit nunquam ex eorum animis poterit delere: scilicet a nobis nequaquam erga alios ea faciendi, quę in nos ab aliis fieri minime cuperemus; atque cum aliis ea fide, & probitate nobis agendum, quã alios erga nos in re simili ut maxime opereremur. Quis autem non cupit sibi ea bona restitui, quę retinentur iniuste? Quis non vult, illatum sibi damnum reparari, eaque omnia sibi reddi; quibus per vim fraudatus fuit? Iusti-

Necessitas huius explicatio.

Restitutio in tempore obligatio suspenditur non auferit.

Restitutio in tempore obligatio suspenditur non auferit.

Restitutio in tempore obligatio suspenditur non auferit.

Restitutio in tempore obligatio suspenditur non auferit.

Restitutio in tempore obligatio suspenditur non auferit.

Restitutio in tempore obligatio suspenditur non auferit.

Restitutio in tempore obligatio suspenditur non auferit.

Restitutio in tempore obligatio suspenditur non auferit.

iustitia eadem, quę prohibet ne alienis potiamur bonis, prohibet etiam ne illa retineamus, nobisque arctam, inevitabilemque indicit necessitatem illa ad ultimum usque quadrante domino restituendi.

Plurimorum, eorumque gravissimum Theologorum sententia est, eum, qui iniuste aliena retinet, adhuc peccare toto eo tempore, quo illa retinet contra rationabilem voluntatem illius, cuius sunt, & cui illa possit restituere. Hoc enim simile est, inquit, ut si quis manum semper extensam teneret, atque proximi bonis rapiendis intentam; qui profecto adhuc semper peccaret, donec actu eriperet non sua. Retinere quod suum non est, idem est ac aliena bona eripere, & usurpare: qui non restituit, semper retinet; semper igitur eripit, & usurpat; ideoque semper peccat. Actualis non restituentis voluntas, libera omisso huius officii, & voluntatis, quam habere deberet, restituendi, est, inquit illi, aduale peccatum, quo iugiter violat, hoc mandatum, quo illi, quod suum non est, suscipi, & usurpare prohibetur. Quidam longius aliena bona detinet, in firmis etiam mortaliter peccare; dormiens enim exequitur iniustum consilium, quod vigilans cepit, de non restituendo; vel quia in fomiti in hac iniusta usurpatione perseverat, quę licet ipse in utramque aures horat, semper officit proximo. Cum autem Doctores isti vident, & sentiant nonnulli arduum esse in hac sententia, illam scholasticis terminis explicare tenentur, & asserere, hominem hunc peccare, sed non formaliter, quia ea caret libertate, quę peccando omnino est essentialis; sed consequenter; quia damnatum proximo illatum effectus est detentionis iniuste, quam prævidit, & voluit, vel debuit prævidere. Mallem ego tamen affirmare hoc continuatum crimine esse, ac novum non committi, nisi cum te aliena retinere cogitas, atque illa restituendi consilium non suscipis; alioquin dicendum esset, tot peccata patri, quot sunt ejus temporis momenta, quo aliena retinere moraris; quod quidem rationabiliter affirmari non potest.

Si verum est, hominem bonum male partum restituendum ad extremam, ut dicunt, inopia restitui, itat seipsum privans hoc bono, quod restituendum est, subsistere nequeat, manifestum est, atque Doctores omnes unanimi consensu affirmant, citra noxam restitutionem posse differri, dummodo semper hanc animo foveat sinceram voluntatem, quamprimum, ubi poterit, restituendi; atque interim nihil eorum omittat, quę homo ejusdem conditionis efficere potest in eorum gratiam, quibus obligatus est; atque tunc creditores ex christiana charitate tenentur non urgere illos, qui pro virili ipsis satisfacere adintuntur.

Nihil vulgari est eorum errore, qui se in conscientia tuos putant, atque opus facere arbitrantur, quod dispensentur a necessitate male parta restituendi, in aliquot erogantes elemosinas partem horum bonorum, vel donaria aliqua Templis inferentes, vel Cœnobii insignem auri, argentive vim legant. Conscientiam Auditores, ubi ignoratur, & sciri nequit quibusnam damnatum fuerit illatum, tunc muneri suo satisfieri, si non pars, sed quidquid alienum est, ubi pauperes erogatur; verum fatendum est, ubi cognosci possit, quibusnam damnatum accepit, huic non pauperibus, neque Ecclesiis, esse satisfaciendum.

Confessarius non debet, neque legitime abolvere potest Penitentem, cui non est voluntas, ubi plurimum poterit, restituendi; illum exempli gratia, qui cum in presentiarum solvendo sit, in horam mortis recidere vult restitutionem dicens, se testamento iussurum ab hæredibus esse solvi, quę debet; vel qui cum integram efficere potest restitutionem, illam ex parte dimittat vult elicere, restitutionem statim omne se auxilium dissolvere possit, atque creditoribus suis satisfacere, dicit, se mortentem eorum non ablatum bona, atque hæreditatem suam illis, quibus debet, restitutum; qui interim hac mora insignia detrimenta patitur. Confessarius, inquam, non potest, neque debet huiusmodi homines abolvere; quia, uti didicim est, restituendæ necessitatis iuri innitur naturali, a quo, quamcumque facultatem obineat Confessarius, dispensare non potest.

Hoc principium est in argumento proposito diligenter advertendum, in omnibus iniustus rationabilis aliena eripiendi bona, vel eadem usurpandi, duo esse consideranda; Primum, injuriam, quę Di-

vinæ inferitur auctoritati per ejusdem interdicti contemptum; deinde vero injuriam illatam proximo per boni ejusdem usurpationem, vel retentionem. Hęc duo mala sunt, quę ab hoc scelere seorsum non possunt, unde dux existunt diverse obligationes, altera quidem injuriam Deo illatam, altera vero damnum, quod proximo passus est, reparandi. Non sufficit ergo a Deo veniam deprecare criminis, quod contra ejusdem gloriam patratum est; reparandum quoque est damnum illatum illi, cuius bona usurpata fuerunt; neque sperandum est futurum ut Deus remittat injuriam suę illatam auctoritati, propter lævę pravariationem; nisi prius separata fuerit proximi injurię per boni ipsius usurpationem illata.

Quæri possit, cur Deus, qui alioquin ita divitias continere videtur, ut illas plerumque nequissimis imperiis peccatoribus, & jubeat eas a Fidelibus etiam contemni, nihilominus gravissimis propositis pœnis inevitabilem irrogaverit necessitatem restituendi bona, quę proximo erepta fuerunt, vel quę eidem retinentur. Verumtamen responderi potest, curam publicę rei, humanęque societatis, cuius auctor est, & cuius ideo rectum ordinem tueri debet, poposcisse, ut singulorum bona ipse tueretur, atque omnia præcaveret, ut illa ab avaritiz conatibus tuto defenderet. Jam prohibuerat furtum, sed providentiz intererat suę sub hoc præcepto completi mandatum, iniuste quæsitā restituendi; si enim minime imperasset, ut male parta restituerentur, nemo sibi religioni veritatem proximo damnatum inferre, & semel remisso furti crimine, sibi facile persuasisset, licere sibi, ea, quę rapta fuerunt, retinere.

Qui aliena possident bona, vel qui debent illis, Tenentur qui damnum aliquod patiuntur, vel solutione dilata, hi, ut conscientie suę officii satisfaciunt, aliquid demere debent de voluptatibus, commodis, mensisque suis, si per scelus impares facti sunt solvendo; eo enim tempore, quo omnes facti sunt solvendi, qui nihil cuiquam debent, parca vivunt, velle in voluptatibus, comestationibus, alea, & ambitione infumere, quod per iustitiam collocari debet ad æs alienum dissolvendum, hoc est palam se se decipere, atque in aperta ruere damnationem. Propria necessitates cum necessitatibus eorum, quorum bona retinentur, comparanda sunt; quę si utrinque pares inveniantur, conscientia potest, ut aliena propriis negotiis antefertur; etenim si alteruter pati debet, æquum est, ut iniustus usurpator, non autem legitimus dominus patiatur.

Obligatio restituendi, æs alienum solvendi, & injuriam proximo illatam reparandi, cum ad iustitiam pertinet, omnium prima esse debet; quodammodo enim præcedit ipsam Religionis obligationem. Exempli gratia si quis Templo, aut pauperibus centum argenteos se datum vovit; virtus Religionis exigit, ut voto huic satisficiat; attamen proximo suo centum argenteorum damnum intulerit, restitutionem hanc voti ipsius damnum intulerit, ferendam, ideoque multo magis elemosinę, quam charitate actus ultra distribuit; & si ille de centum argenteis tantummodo potest disponere, opus est, ut illis utatur illatum damnatum reparaturus.

Hanc in omnium mortalium cordibus legem insculpsit Deus, ne quis proximi sui bona audeat usurpare. Nullo opus est magistro, ut doceamur, manum in aliena non esse inferendam; hoc principium est, ita generatim probatum, constitutumque, ut nemini liceat distiteri. Proccidimus quisqueque divina, humanaque alia jura suscipere deque luberentibus huic parat; & se iustum esse gloriantur. Huic etiam paruerunt Ethnici, atque barbarę gentes, tanquam primo humanę societatis fundamento, sine quo mundus omnem ordinem, omnemque pacem amitteret. Iustitia, & naturalis æquitas posulant, ut quisque pacate iis usufruat, quę sua sunt; & Deo quoque ita curę fuit, hanc observari iustitiam, ut satis non putaverit explicitis, peculiaribusque præceptis furtum prohibere; sed ipsam etiam iustitiam spiritus convellere voluerit, prohibens, ne quis aliena concupisceret bona. Rem alienam non concupiscere.

Tot sunt furti, ac rapinæ species, ut eas omnes singillatim recensere diffucillimum sit, Hęc tamen sunt præcipuę, nec prætereundæ in eorum recensitione, qui ad restitutionem tenentur; illas ex Tridentini Concilii Catechismo descripsimus, Præter furtum, & rapinam, quę sunt species, quę obli-

Car Deus adeo gravissimis propositis alienorum bonorum restitutionem præcepit.

Tenentur ipsi etiam comanda, nostra mensurę suę, si per scelus impares facti sunt solvendo; eo enim tempore, quo omnes facti sunt solvendi, qui nihil cuiquam debent, parca vivunt, velle in voluptatibus, comestationibus, alea, & ambitione infumere, quod per iustitiam collocari debet ad æs alienum dissolvendum, hoc est palam se se decipere, atque in aperta ruere damnationem. Propria necessitates cum necessitatibus eorum, quorum bona retinentur, comparanda sunt; quę si utrinque pares inveniantur, conscientia potest, ut aliena propriis negotiis antefertur; etenim si alteruter pati debet, æquum est, ut iniustus usurpator, non autem legitimus dominus patiatur.

De furti speciebus.

Variaz sunt species, quę obli-

BIBLIOTECA CENTRAL



furtum, quod clam, & rapinam, atque latrocinium, quod vi aperta, palamque sunt; illi contra supradictum preceptum peccant, qui emunt ea, quae furto subtrahuntur, rapina, vel inventa esse norunt, illi qui emunt, aut vendentes fraudibus utantur, atque decipiunt; qui pro bonis eas distrahunt merces, quae nanci xillari, vel corruptas esse norunt; qui adulteratas habent flateras, atque mensuras; feroces, qui mercedem repetunt opera non locata; servi, qui eam, quae decet, bonorum domini sui curam non gesserunt; qui conducti, ut provinciam, opusque aliquod subeant, illud negligunt; qui operarii pacem mercem non solvant; qui non solariis pacem vendunt, vel solvi prohibent; vestigalia, decimas, aliaque id genus, quae Ecclesiae, Principibus, atque Magistratibus debentur; feneratoribus, qui usuris pauperes opprimunt; Judices, qui argenti, vel usurarum corrupti iustitiam vendunt, atque iniuste lites dividunt; divites, qui cum sevitia, propestant, quod mutuum dederunt iis, qui solvendo non sunt; vel qui resistent, quod pigriori loco fidei traditum fuit, licet necessarium sit, ut obrari subsistere valeant; qui non solum furati sunt, sed qui etiam furantibus operam tulerunt, qui auctores, participes, socii, vel consentientes fuerunt; vel tandem qui cum furtum prohibere possent, non prohibuerunt, licet ex iustitia prohibere tenerentur.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aetivis, Recentioribusque Concionatoribus loci huius argumenti,

Hac agi cupiditate quocumque pretio divitias congerendi, & suis farnulnis contentum esse; nihil iniustum conari, nullas violentas conquisitiones exercere, immodicos quasvis contemnere, iniusta negotia detestare, & neminem in errorem inducere, in negotiis neminem fallere, in delicatis occasionibus, ubi nemo redargere potest malam fidem, fidem esse; Ultra omnem terminum, atque mensuram locupletari velle, & modico lucro esse contentum, acquirere communibus muneris sui emolumentis, quae cupiditas semper videntur modica; heri fut negotiis non officere, ut propriis accessio fiat; nullis in dolis ad accole agellum usurpandum; Ecclesiastica bona cum secularibus non permiscere. Velle celeriter discutere, & ad finem viam legitimam tantum ire, quae semper lentissima est, incedere, nihil eorum retinere, quae ad subalternos sunt transmittenda; verbo, humilissimi habentem principia, nemini obesse, nullius bona usurpare, atque se nulli restitutioni obnoxium arbitrari, haec profecto (Auditores) chimera est. P. Cheminatus. Sermon de restitutione.

Ubi de alieno, atque iniustitia sermo est, & dubitas; hoc jam praedictum est, quod te rem intus; & in cute incipere, ad examen revocate, serio discutere cogit. Verum quid agis, ubi aliqua tibi oboritur dubitatio de iniustis rationibus, quibus convalescit? Qua cura eos obundere stimulos quaris qui conscientiam tuam vexant? Locuples heres in defuncti conscientia animi sui tranquillitatem constituit, ac refugit, inquit ille, disculiones, quae iniuriam afferent nomen illius, a scriptis est heres; horret cineres suscitare mortuo, quem honestissimum fuisse, iudat: detrahet diligentem examine discutere obligationes donantis, qui large, effusque ea bona impertit, quae iustitia alibi vellet impendi: non vult singillatim minuta quadam seruari, hanc praeterea causam, quodlibet singillatim leve esse, licet omnium summa gravissimam iniustitiam constituat. Ad omnem auferendam dubitationem satis est, si scelus non totum se simul ostendat, & quin lucem inquirendo resolvatur, putant satis esse eam suffocare, contra eandem agendo. Interim mysterium iniquitatis laet in tenebris; & post haec dicunt: ego quidem aliena bona non habeo; nihil cuiquam debeo. Idem P. Cheminatus.

Cum de questu agitur, maximum ex pecunia lucratur, quod inveniri queat, percipiendum esse putatur; qui perniciosissimo principio incumbentes quid non excogitant homines, ut usuras Judaicas terribiles palliant, probarent, sanctificarent? Ratio adinventiva fuit societatem inveniendi cum iis, quorum vita suspicione non vacat; brevi tantum referendi questum, quantum sortem ipsam exaret; proficiendi ex proximi calamitatibus, qui ad-

Difficile est, ne di- scere cu- piam ali- na bona non ha- bere.

Ubi ha- re de dubi- tatio ob- oritur, se- rio dis- cutere ex- cetero o- portet.

Plurimi sunt ab- sus in lu- cro, quos ex pecu- nia recipi- tur.

BIBLIOTECA CENTRAL

Præclarum sane sacrificium erit, cum jamjam morturi aliena bona, quae amplius retinere non licebit, restitueris! si ulla est eo temporis puncto fallax presentia, haec sane est. Sed cum in periculo obiectis proximis vestri bona? Nonne toties infringi huiusmodi testamenta, atque tamquam deliramenta haberi vidistis? Quot ab heredibus, qui vobismetipsis avidiores sunt, legata adimpleta non sunt? Speratis futurum, ut bona Templis, & xendochiis legata vobis sint profutura? At hęc repant damnam, quod frater vester perpetuus est? De tuo elemosynas eroga, atque eas Deus tuis meritis apponet. Idem.

Rarum est, ac difficile avaritiam seipsum posse a furto, vel saltem a damno, quod proximo inferat. Hac de causa Propheta Olee ait, furtum sefe tamquam diluvium in omnes mortales effudit. Haud ita (Auditores), ne relegatis fares in memora, & salus ubique inveniantur, & licet hoc vitium sit infamissimum, non desunt tamen homines, qui honesti habentur, licet improbi sint. Verum quidem est, si hoc nomine, ut vulgo affo- let, ita tantum appellatur, qui latrocinantur in via, vel qui clanculum interdum, nocturne domos ingre- diuntur, ut quiddam possunt, inde auferant; nulli hoc in numero honesti homines erunt; sed postquam probatum fuerit plures esse furtorum species, quae in mundo sedē minime habentur; immo non desse quidam, quae honeste putantur, haud agra subscriberent veritati, quam annuntiat Propheta: Fur- tum videlicet diluvium insat terram omnem inundavit. P. le Jeune, Oratorii Praesbyter, Sermon de furto.

Mirum sane, quod notandum est, Dei Filium majorem adhibuisse curam, ut proximorum nostrorum utilitati consulere, gravioreque consultisse penas pro iniuriis quibus illi alicuius, quam quibus ipse lacellit. Juris sui, earumque rerum, quae ad ipsum pertinent, Sacerdotes suos arbitros facit; eique facultatem impertit dimittendi peccata, quae ad ipsum ulice referantur, & dummodo verus poenitentibus dolus adsit, omnia eorum iudicio remittit. At non item cum agitur de iniuriis proximo illatis: tunc enim in Confessoriorum potestate non est, abolitiones largiri. Neque enim abolere possunt, nisi hac proposita condi- tione, quod proximo bona reddantur; quae clausu- la necessario fidei dispositioni coheret. Ita sane, Sacerdotes Dei viventes, vos quidem estis gratia ministris, atque coelestium thesaurorum sequeles; vobis quidem facultas est de is, quae ad Deum, non autem, quae ad homines pertinent, disponendi: potestis quidem quibusdam in occasionibus ho- mines dispensare, ne Deo, quae debent reddant, vel saltem debitum eorum imminuere; sed his bona auferre, aliis conferenda, non potestis; de his disponere vestrum non est, & qui retinent illa, indigni sunt, qui absolvantur, ac vos impates ab- solvendo, nisi actu illa restituant. Idem Sermon de restitutione.

Si omnino fieri non potest, ut divites, qui alie- na rapere bona, sine restitutione solvantur, ubi restitueri possunt; aequo sermo fieri non potest, ut eum inordinata habendi cupiditate tenentur, resti- tuant. Dici potest hoc impossibilitatis genus in moralibus hominum actionibus inveniri, cum tot, tanque difficultates circumstant, prohibentes, ne id fiat, & cum difficillime vinci possunt, & fere nunquam vincuntur, & gratia miracula requiruntur, ut insueti humilissimi conatus fiant. Satis est sepe ipsam consulere experientiam, ut innotesceret male partorum bonorum restitutionem inter hoc genus impossibilium esse recendendam; quando- quidem in fere infinito hominum numero, qui ini- iuste aliena rapiunt, paucissimi inveniantur, qui rapta restituant. Omnes ferme restitutiones, quae fiunt, in aliquot argenteis consistunt, quos hero suo famulus suffragatus est; sed fures illi, qui in- gentes aleorum bonorum summus retinent; fen- eratores, quorum omnia fere bona ex feneratoris lucro consistunt; rapulae, qui feneratoribus iugis, amicumque favore obtinuerunt id, quod lucum non est, ubi de restitutione incidit sermo, aures obstruunt, & agra patiuntur. Hoc ostendit non desse quamdam secreta impossibilitatis speciem in hoc actu iustitiae; quae illius praxim adeo efficit in- frequentem. Idem.

Facti sumus carnalis benevolentiae servi, sicut huius vix homines apud Salyanum, & fallax cha- ritas tamquam captivos nos vinxit, & alligavit: Eudry Bibl. Tom. II.

caro, & sanguis de fide viduarum retulerunt; & nos velut inviti, maxime essentialia Religionis of- ficia reliquimus, ut ficitia naturae officia sequeremur: metus relinquendi filios minus opibus affluen- tes, minisque commodos, prohibet, non iustitia minus adimpleamus, videlicet, ne damnata a nobis proximo illarum repremus. Quid ergo? vultis, ut tinea aeternis ignibus uri pro ingratis, qui se re- cordabantur quidem vestri, ubi naturae concesserit; qui patrimonium, quae tanto labore, ac parti- monia quæstivistis, vel quae tot iniustitias peperit- tis, obliuiscunt? Si haec non est omnium maxima infamia; si hic furor non est, ubi inveniri possit, nescio.

At enim, inquit, haec nobis non est mens, ut cum alienis bonis ex hac vita discedamus; illa tes- tamento restitueri sumus; in praesentiarum vero nihil nos urget. Heu! si vos nondum testatos fore inopina praeripit, quid erit? Si testamentum fore- sem non sequatur formam, itaue haeredes illud in- fringere admittantur, vel illi differant in mortem testamento satisfacere, vos imitati, quid fiet? Et licet nihil horum contingeret, nonne viditis, dif- ferentes eam restitutionem, quam statim explere potestis, eam difficiliorē, atque magis onerosam efficere; quandoquidem non fors tantum erit resti- tuenda, sed etiam reparanda erit iactura, quam hac dilatio pepererit? Idem.

Cum nondum omnino indurati sumus, scimus, aliena, quae retinentur, bona esse restituenda; sen- titimus conscientiae stimulos urgentes, qui palam nos admonent, si illis aures adhibere vellemus. Sed illos retundere admodum; nihil intentatum relin- quimus, ut nosmetipsos fallamus, atque ut sine anxietate possideamus, quod sine crimine retinere non possumus. Cavemus, ne in illum incidamus Confessorium, qui integer, atque peritus sit, ne nos ad restitutionem, uti oportet, compellat; im- mo illum effugimus tamquam austerum, molestem- que hominem, atque Tempa lustramus, ut cum nobis inveniamus, qui se se praebet indulgentio- rem. Deus vero, qui terribilis est in consiliis suis, iusto, sed formidabili iudicio sepe permit- tit, ut tales inveniamus animarum nostrarum re- ctiores, quales inquirimus, atque evagantes pro vo- luntariam cecitatem, quam nobismetipsis procura- vimus, misere decidamus in foveam, quam ipsi nobis effodimus. Hoc autem passim ulvenit illis, qui bona habent aliena, eaque restituere morantur. Idem.

Audite Sanctus Chrysofomus inquit, vos omnes, qui pauperi, orphanoque lacrymas extorquetis, cum in elemosynas bonum illud erogatis, quod violentie pretium est, vel ex pauperum substantiam excerptum; Iudam in tantum Templo inferentem pecuniam, quae pretium erat Sanguinis Iesu Chri- sti, & elemosynae vestrae diabolice potius sunt, quam Christianae; Pauper, cui stipem tribuistis, gaudet, ac pro vobis Deo suas preces effundit; sed il- le, cui auferitis bona, gemit, & ultionem depositi contra vos; uter vobis damnabitur? Si cum paupe- rem alius, ut ipse testatur, Dei Filium alitis; Dei Filium simili ratione expiliatis pauperem expilantes. Cum in jus furem accesseris, qui vobis aliquid suffragatus est, si ille partem rapinae iudici largire- tur, ut salutari littera absolutus iudicio discederet; & si iudex hoc manus reciperet, nonne illum aequo furem, ac furem ipsum esse diceretis? Licet inpos- sitis filiis, hanc tamen probare iniustitiam non posse- tis; & putatis, Deum hanc committere velle, cum rapti partem, quasi ad illius corruptendam integritatem tributis? Idem.

Non potestis semper possidere male parta, quae vobis dolorem afferent nunquam desiderium; tan- dem enim vel invitis, mortis tempore, relinque- da erit pecunia, qua modo carere non potestis, quam ex- tate tunc ex necessitate, & sine fructu vobis il- lud erit faciendum, quod hodie ex voluntate, & cum merito fieri potest. Heus! Nonne praerant ultro, & ex animo, atque cum utilitate ea, quae vestra non sunt, restituere, quam cum dolore id agere jamjam mortuos, invitos, & sine premio? Nonne factus foret, Sanctus Bernardus ait, haec bona cum honore, atque interiori conscientiae hi- laritate restituere, quam illa cum magno, inutili- que dolore amittere? Nonne prudens esset, ultro propter Iesu Christi amorem illis carere, quam invitos eidem in morte relinquere. Nunc suppli- cis tono, quandoquidem de animae vestrae salute agitur dice: Redde quod debes. Heus, frater mi, D d tui

Sub pre- textu di- gnicatis tuande as alienum non solvi- tur.

Nobis mi- nime noxe veritatis damnum, quod a no- bis non in- fertur.

In omni- bus condi- tionibus iustitiam commi- tatur.

Prætextu qui affe- ratur, ne restituatur fas.

De illis, qui omnia reverentia id exigunt, quod ad sibi debetur.

Præ-



rei ipsius miserere, redde mercatori, opifici, famulo, quod illis debes; redde egenæ Viduæ, cuius retines bona; redde, quod malum atulisti pauperi forensibus jurgis; denique redde, quod tuum non est: Redde quod debes. Hoc equidem supplicis nono dicit, sed mors aliquando hoc imperiosa voce clamabit: Egredere miser, egredere de domo hac, quam jure nunquam possediti, relinque in viuis pecuniam hanc, quam tecum ferre non potes. Idem.

Ingruissimè est imprudentia et alienum, ubi fieri possit, non solvere, quin prætoleris, donec creditores condonationibus fatigati sui sumum persequantur; atque tunc solvendo te minime parem nacti de negligentia, vel mala fide tua, ut moreris, poenæ repolant. Sed hæc procul dubio major adhuc est Christiani hominis imprudentia, hoc citius, quam fieri possit, non restituere, quæ debet, quin in incertum futurum remittat, atque in illud differat tempus, quo ex se ille fortasse efficere non poterit, neque afferat eorum probitati confidere, quibus hoc faciendum committit. *Essai de Sermons in Dominicali Sermones pro vigesima secunda post Pentecosten Dominica.*

Cupiditas opum affectus est imperiosus, & avidus: quo major illi crescendi locus præbetur, eo magis hominem in impenitentiam conjicit, & in quamdam cordis duritiam, cui non nisi insigni divinæ miseris miraculum mederi potest. Quid facit fur diu aliena retinens bona? Auct vincula sua, & ea, quæ statim facili labore potuisset infringere, deinceps ferre minime potest. Samson bis fures dirupit, quibus ab hostibus vindus fuerat; sed tertio vindus illos non valuit perfingere. Dives injustus vindus putat, se, ubi voluerit, inpossibile fuz fructus restitutum; hoc enim illi pollicetur demon, suadens, ipsum melius tunc rapta restituatur, cum aliquanto majores opes cumulaverit; sed proficietur Sapiens, calamitosum hanc ignorat esse: & minime videre, quod seipsum vinculis obruit: *Ignorat, quod ad vincula fustus trahitur.* Cæterum, Sanctus Chrysolomus inquit, furtum, ut vibia rara, alterum trahit; & quo magis homo differt ea restituere, quæ rapuit, eo ad plura rapienda paratior est, ideoque ab efficienda restitutione magis abhorret. Cupiditas illius, velut ignis est, eo magis procedens, quo plus habetis nutrimenti; velut fluvius est, qui cum ex fonte parvulus emanaverit, sensim aliorum fluviorum accessione intumescit, ac fit ita imperiosus, & rapidus, ut qui primum nullo detorqueti labore poterat, omnia tandem proferat valla, aggregetque, qui ejusdem transitum prohibent. *Idem.*

Quid de illis putas, quibus luditur alea pernox, qui magnificos sumptus efficiunt, emuntque honores, & officia sumptibus eorum, a quibus mutuati sunt pecuniam, quam solvere abnuunt? Quid de Magistratibus, Præficientibus putas, qui dignitatem suam profectate abutuntur, ut se alienum non solvant, ut creditoribus merum incutant, ut justitiam cursum remorentur? Quid de opulentis hominibus, qui quotidie mercatoribus merces auferunt, quin unquam pactam unquam industriam, atque contra explicitum Dei mandatum non mentes tantum, sed & annos, plurimosque annos abire sinunt, sed illis mercedem tribuant, eosque conviciantur, & contumeliosis verbis insectantur, cum sudorem, laborumque suorum fructum expolcent? Quid de illis, qui servos dimitunt, quin stipendium perfolvant, vel tandiu illud perfolvere differunt, ut injustissima dilatione exiguum eorum fortunam profus evertant? Ego quidem puto hujusmodi homines apud Deum pro injustis usurpatoribus, vel improbis alienorum bonorum detentoribus haberi; puto, nisi ubi quamprimum possint, restituerint, indignos esse, qui ad Sacramenta accedant, atque in caput suum ea omnia maledicta convertere, quæ illis minatur Scriptura. *P. T. xiv. In Dominicali Sermones pro vigesima secunda post Pentecosten Dominica.*

In morum doctrina gravissimus error est, opinari illis, qui illicitis rationibus locupletati sunt, & ad honestam conditionem aliquam evecti, licere ea retinere, quæ necessaria sunt, ut status sui dignitatem teneant. Audiendi non sunt, cum ajunt se nihil habere præter ea, quæ necessaria sunt, ut secundum conditionem suam vivant. Audiendos non esse dico, i. quia status, in quo sunt, non est ille, quem a nativitate sortiti sunt, sed ille, ad quem suum scelus, & injustitia illos provexit.

2. Nihil legitime super peccato potest constitui; at ea quæ possident, bona, redditus, dignitates, omnia criminosa sunt, & injusta, nihil ergo super his potest constitui. 3. Nullum a natura jus alicui in id, quod necessarium, non autem quod superfluum est, habemus; ideoque ut ea restituamus, quæ debemus, relinquenda est rheda, & alea; aliquid mensæ, alisque superfluis sumptibus detrahendum est. *Idem.*

Inordinata habendi cupiditas, amor, quo opes depreunt homines, extrema difficultas, quam experiantur in his relinquendis, quæ tandiu possidentur, dulcedo, quæ in hoc statu perfruuntur, ad quem injustitia aditum sibi aperuerunt, & dolor, quo confitentur, si quid esset detrahendum alicui, & commolationibus, si de statu, quo lætantur, decidendum esset: hæc omnia ita inebriant voluntatem hoc bonorum inordinato amore, ut intellectus se nullo negotio præverti patiatur; atque postquam ita excocti sunt, sexcentas excogitant fallaces rationes, ut restitutionem hanc nequam necessariam esse sibi persuadeant, atque hoc pacto in fallacis conscientie tranquillitate sese confirmant, in hac injustitia vivunt, atque moriuntur. *Idem.*

Nihil facilius, quam aliena usurpare bona, sed nihil difficilius, quam eadem restituere. Cupiditas necessitas, omnes ferre affectus nostros, quæ nequam fallaces rationes ad illa usurpanda nos agunt; quæ omnes causas sunt prohibentes ne restituamus illa. Hæc in te conscientia aculeos retundit, lumina, quæ ab eadem avertunt, infirmamus, & speciosis prætextibus eludimus eas rationes, quæ nos ad restitutionem impellerent. Extrema necessitas, quæ nos laboraturos metuimus, impotentia, quæ falso asseritur, commentitium status sui tuendi jus, præscriptio, quam sine ratione alia zelamus esse legitimam, chimericæ injuriæ reparatio, fallax pietas, quæ suadet, filiorum suorum fortunæ alienis sumptibus consuli posse, inanes sunt prætextus, quibus abutuntur homines, ut ab alieni boni restitutione se excusent; at hæc rationes ab hac restituendi necessitate nos solvere nequaquam possunt. Hi prætextus nos quidem fallere, hominesque decipere possunt; non autem nolet coram Deo justificare. *P. Nepveu, Tomo 4. Christianiana Considerationum.*

Si aliena bona restituere difficile est, non ideo minus est necessarium. Difficulus non inquit necessitas, & labor, quem in hoc munere explendum, invenimus, nos ab eodem obeundo nequaquam dispensat. Inanes prætextus nostri resistere nequeunt dispensat. Inanes prætextus nostri resistere nequeunt dispensat. Inanes prætextus nostri resistere nequeunt dispensat. Inanes prætextus nostri resistere nequeunt dispensat.

Ut sine christiana, Deoque acceptissimam erogare elemosinam? pendente quomodo bona vestra quæsitæ fuerint; & si quæ male parata possidentur, satisfactis justitiam, mox etiam charitatis satisfacturi. Feneratoribus, redditu pecuniam, quam ex multiplicatis usuris, & quæsitibus concessistis. O vos, qui pro rebus emptis male solvistis pecuniam, mercatoribus, cui duram injunctis necessitatem levissimam accipiendi summam, ne omnino isti frustraretur, quæ sibi debentur, damnum reparare. Reddite mercedem, atque stipendia opificum, & famulorum, qui tot ab hinc mensibus, & fortasse annis etiam languent. Forenses ministri, qui tot dolis uti estis, qui choreographa vel fulsistis, vel adulterastis, qui effectibus, ut clientes vestri fuis substantias amitterent, inuilibus sumptibus atriatas, redditu clientibus, quos condonationibus fatigatis, veritatis decepistis, ignorantia, vel mala fide evectistis. Reddite hæc omnia, sed quibus? illis, quot læstis; vel si nature concesserunt, silis, aut hæredibus eorum; vel si nullos hæredes habeant, vel illos absolute ignoretis, pauperibus erogate, quos Deus in eorum locum substituit. *Joly Sermones pro octava post Pentecosten Dominica.*

Fieri non potest, ut intellexit ista cupiditas legitimas tantum vias sequatur; & omnibus enim utitur illicitis æque, ac licitis, fœdis æque ac infandis. Nonne inordinatus hic amor neque sanctissimi verbus parci, atque in ipsorum usque sanctuarium impune invadit mercatantem, efficitque ad quid quid factus est, venum plus offerentibus profert? Ita Temporum ministri inexplibis hujus cupiditatis propensionis parentes propriis adnumerant bonis fidelium oblationes; ita subditis sibi conscientie minime veriti, si Principem fallit, & Principes

Unde origenes dicitur de rebus restituendis.

Facile est aliena bona eripere, atque restituere, difficile est.

Restitutio minus necessaria, quam laborandum erit.

Restitutio prima, mox elemosina eroganda.

Rarior sit aliis bonum restituere.

Neque contentio laboro.

Neque contentio laboro.

Neque contentio laboro.

Furti, & injustitiam passim prætextu aliquo dissimulantur.

Idem.

Raro fit aliis bonum restituere.

ceps non refugit subditos opprimere, atque evertere. Ita plenis eripitur manibus; pupillorum, viduarumque bona auferuntur, atque publicæ auctoritatis abusu civitates, atque Provincia depopulantur. *Abbas de Bezeville, in Specimine Sermonum, Sermones pro feria secunda majoris hebdomadæ.*

Quinam ait, si restituere velit, futurum esse, ut illi fili ad ultimum redigantur egestatem. Quid? ego ne videbo filios meos oliativam panem emendicantes? Cor mihi divellerem, si illis auferrem, ut de honeste vivere possent. Sed e contra, nisi restitueris, filios tuos perdis, illos enim in damnationis periculum adducis. Aliena bona, quæ in tuis manibus sunt, ad eos transmissa naturam mutant; cur autem illis relinquere cupis illius boni possessionem, cujus restitutio tantam illi constabit calamitatem? Si enim filii tui ita duri, atque abominabiles sensu alieni sunt, ut restituere nolint bonis, quæ illis reliquisti, nonne illos scelerum tuorum participes facis? atque illos in hoc mundo felices efficere cupiens, nonne in altero æternum facis miserimos? *Idem.*

Alius ait, cum status sui dignitatem debeat tueri, se restituere non posse, atque non decere, se suis fraudare bonis, & de suis conditionis gradu descendere. Ad nossem quænam fit conditio tua? Hæc est, te Christianum esse; hanc unice statum necessarium tibi debes; necesse non est, ut status mundanus cum status christiani iactura servetur? Nisi domum tuam alere potes, quin aliis inferas damnus; illius sumptus moderare, ne extollas illum ultra quam opus est; continue te intra mediocritatem; vitam institue secundum iuxta Religionis præcepta; descendere de gradu, ad quem te peccatum evexit, si non nisi per peccatum, illi conformare te potes. Quid de illo diceres, qui sumptibus suis status sui dignitatem tuere vellet, ad quem bonorum tuorum iactura statum suum alere? Nonne diceret; si dignitatem hanc tuam cupit, eam sumptibus suis, non alienis, neque meis tueatur; si magnus haberi vult, magnificamque habere suppellectilem, hanc ære suo emat, non meum mihi eripiat? Hanc ad te ipsum regulam transfer, quæ omnibus hominibus eadem esse debet: Si afferam hanc dignitatem tuam retinere desideras, de tuo, non autem de alieno illam retinere, *Idem.*

Si restituere, inquit alius, is etiam carebo, quæ ad victum sunt necessaria, atque extrema egestate laborabo. Hic abusus est, S. Augustinus respondet; etenim præterquamquod hæc diceretiam latro vias obidens, cerum est peculiarem in Deo esse providentiam, specialis protectione invigilantem illis, qui illud etiam relinquunt, quod sibi esse necessarium, ubi hoc male partum fuerit ut illius parentem inperio. Numquid aliena bona destinata sunt, ut illis aliamur? Numquid honeste, licetque viæ homini desunt, quibus de squa loro egestatis emergat? Nonne laboribus victum sibi potest comparare? Nonne uti sua potest industria, ut quæ necessaria sunt, sibi acquirat? Immo nonne honestum est de suo vivere; & magna conscientia tranquillitas esse scire in sua, licet mediocri fortuna, le non rapto, neque injustitiam fructibus vivere? *Idem.*

Non desunt injustitiam quidam prætextus; hoc nomine illas appello, quæ non sine aliquo conscientie prætextu parantur; id genus sunt doli, qui in commerciis adhibentur; simonia, quæ in Beneficiis committuntur; usuræ, quarum usus adeo vulgatus est. Quid Christiani, quibus aliquid adhuc religionis superest sensus? Student, ut Propheta ait, injustitias suas concinnare, atque accommodare, ut illis auferant, quod quidam horros peccato inest, atque illas licere sibi persuadeant: *Injustitias manus vestras concinnant.* Conantur morum disciplinam suæ cupiditati submittere; Theologos consulunt, aliquid inventuri, qui sibi hoc nefas esse negent; atque volunt utilitatem suæ normam esse conscientie. *Brotas tertio Sermones Adventus.*

Nonne mirum est, quod cum nihil æque vultur, ac fenora, concussiones, violentie, sextentaque alia invidia, atque detestabilia adinventia, quibus homines suis bonis fraudantur, nihil tam sanum esse, quam plenam, perfectamque tot bonorum male acquisitionum restitutionem? Non vana lege esse interdicitum; at tamen ubicumque occaso tulerit, qualibet via sibi utraque manu aliena usurpare non cessant. Non negant, plena restitutione reparandum esse malum proximo illa. *Handry Bibl. Tom. II.*

tum; sed eadem sacri cupiditas, quæ illos impulit, ut alienis bonis potirentur, sexcentos inanes prætextus suggerit, quibus seipfos dispensent, ne rapta restituant: licet officium hoc tantæ sit necessitatis, ut nisi adimpleatur, jam de salute ipsa sit actum. *De la Font pro vigesima secunda post Pentecosten Dominica.*

Homo postquam male acquisitis usus est, ut sibi ingentes, magnificaque domos adificet, ubi nullam vitam commodam desideret, ut filius suis eos honores, & gradus procuret, quæ longe eorum conditionem, & genus excedant; ut uberrimos Provincie agros sibi comparet, nonne opus est, hunc maximam sibi scripti vim inferre, ut de adeo sublimi gradu seipsum deiciat, atque infra conditionem suam se submittat restituens ea, quæ undequaque rapuit, & singulis reddens ea, quæ ipsi debentur, & quæ ab illo restitutum injuste? Quænam, & quæ vulgo omnibus conceditur gratia, satis non est, ut consilium adeo generosum amplectatur; insitata opus est gratia, gratiæ miraculum requiritur, ut adeo sortis vincula, insignitatum suarum miserimos fructus infringat, ut sibi succenseat, atque seipsum fraudet his opibus, quas semper duxit suæ domus præsidium, atque lux existimationis, quietis, & felicitatis originem. Attamen hæc est necessitas inevitabilis. *Idem.*

Deus postquam lege sua illum instituit cultum, quem ipsi debemus; præcipere debuit etiam officia ista, a nobismet utro citroque præstanda, ut foretur consensus, atque concordia, quæ inter unius societatis membra requiritur. Itaque videmus illum sua usum auctoritate in Decalogo, ut hominum vitæ, honestati, bonisque consuleret, ut prohiberet ne quid in alterius detrimentum aliquis ageretur. Verumiamen cum prævideret interdicitum suum satis non futurum ad compestandam intra justitiam fines violentam divitiarum cupiditatem, qua homines passim rapiuntur, primo hæc præcepto, quo vetat, ne proximi bona furemur, alterum addidit, quo jubet, illa restituere, ut malum repararet, quod per furtum fuerat illatum, atque singulis, quæ sua sunt, reddi. Præceptum hoc in Ezechiele Propheta expressam est, ubi Deus postquam impio mortem minaturus est, addit futurum ut si ille conversus fuerit, egerit penitentiam, ea, quæ rapuit, veli quæ injuste detinet, restituere, vivat, & non morietur; præterquamquod præceptum hoc in eo continetur, quo cautum est, ne quis aliena furtim, atque retineat. *Idem.*

Hæc videntur quam frequentes inter Christianos sint injustitiae, doli, concussiones, sextentæque aliæ execrabiles locupletandi rationes præter eos qui aliena furantur, & detinent: Quid futurum fuisset, nisi æternæ damnationis propicia poena aliena bona restitutionem Deus imperasset? Nisi illis, qui proximum de bonorum possessione deturbantur, præcepisset, ut iterum ad eorum possessionem illum revocarent, eumque pacate frui sinerent jure illis utendi, ac de illis, ut ipsi libitum fuerit, disponendi? Quænam generalis fuisset omnium equitatis, & justitiæ in humana societate perturbatio? Quod strepnum coercere potuisset cupiditatem, ne in ea irrumperet, quæ illi placuissent. Aliquis desideriorum suorum regulas consulisset præterquam vires, atque potentiam suam? Et dummodo commode, ac sine tumultu aliena dominationis fructibus licuisset frui, ulline eorum proprietatem denegare voluisset? Divinæ igitur Providentiæ, sapientiaque intererat, minime pati, ut ordo inter homines circa bonorum divisionem constitutus impune furtis perturbaretur, atque ut ille semel violatus reparatio nec careret, atque usurpatores incunde, atque tranquille iniquitatum suarum fructu perfruenterent. *Idem.*

Hinc facile conici potest, quam inanes, ineptique sint varii prætextus, quos afferunt tot Principes, ne teneantur restituere nova jura, quæ a subditis exigunt, longe experiantur legitima tributa, quæ ipsis debentur; tot mercatores, qui insignes fecere questus dolosis ponderibus, atque mensuris vendentes, vel adulterantes merces suas, vel illas iniquiori pretio ditrahentes; vel fraudolenter se desistere simulant, atque interim quidquid pretiosissimum habent seponentes, ut decipiant editores oblate compositionis acquiescere teneantur; tot caudicis, qui forensibus jurgis, inanibusque questionibus protrahunt lites, atque clientum crumenas exhauriant, ita ut licet victores judicio avertant, fors eorum nequaquam ut præferenda adversæ partis, *D d 2*

Quam difficultatem homo locuples facit, ut restituat.

Quam justitiam sit retributionis præceptum.

Necessitas est, ut Deus licet non ferret, nequis aliena bona raperet, vel retineret.

Qui aliena possident bona, habere nequeant justitiam, sed teneantur restituere.







quillitas illa, qua fratribus detrimentum inferimus, atque, ut ad S. Chryostomi sententiam revertar; hinc fit quod ad aliena quidem rapienda natura ipsa ferri videtur, ad eadem vero restituenda insuperabiles nanciscimur difficultates. Ad aliena rapienda avorsissimi, ad reparanda frigidissimi. Ex Sermonibus de Restitutione, qui sub nomine P. Bourdaloue circumferuntur.

Quam pau- ci reparan- diamum proximo illatum.

Sandus Augustinus in eximia illa, quam ad Macedonium scribit, Epistola querit; Ubi inveniatur caudicibus, qui sibi religioni verat, si clientes causa ipsius causam amittant, vel qui etiam omni non utatur dolo, ut illumrum crumenam emungat, exauriatque? Ubi sint iudices illi, qui ab iniustitiis patrandis abhorreant, & qui post prolata iudicia, quae iniusta esse nolunt, & quae illos bonis evertent, contra quos adimpleta sunt? Ubi inquam, sint id genus iudices, qui illata reparant damna? Ubi Ecclesiasticus, qui postquam per fas, & nefas Beneficium aliquod carere conatus est, illud tandem per simoniam affectus ejusdem redditus in prophanos, nefarioque usus convertit, debitam restitutionem efficit? Materia haec sceleribus distat; peccatum alio peccato excipitur. Ubi illi, qui res alienam dissolvere curant; & iteratis doliis creditorem fallere non cessant? Mercatori, postquam nobili alicui viro suas merces suppeditavit, quoties eundem, ac redeundum est, ut referat pretium? Tamquam importunus, & gravis estur responderet, non adesse pecuniam, licet munitur, quae magna fervorem alatur caetera, quae in spectaculis, alea, solatium infumatur; & nihilominus se Christianos esse gloriantur. Idem.

Mala, quae fuerunt parit.

Si pauperes occidit, qui eos fame sinit emori; ut Sanctus Gregorius ait: Non passivi, occidisti; qui rapit bonum illis destinatum, nonne crudelissimus est homicida? Heu! cum herus servo tripodum negat, cum domina ancilla mercedem non solvit, uterque non fures tantum sunt, sed interfectores; & si sunt in causa, quod famulus furetur, ancilla sese impudicitia prostituit, ipsi de eorum sceleribus rationem sunt coram Deo reddituri, atque gravissimis suppliciis puniendi. Si nobilis, dives, aut alius quilibet, artificii, quod debet, non praestat, & ob negatam mercedem plures hujus elanguent filii, fectius est ob eorum calamitatem, ac mortem poenas perfoluturus. Ex Manuscripto Sermone.

Injustitiam gravem se Deum ultorem prosequitur.

Furtum, concussiones, & rapinae sunt ex numero earum injustitiarum, contra quas qui hujusmodi oppressiones patiuntur vocem attollant, ut a Deo ultionem deprecant, vel potius contra quas miser indefinenter coelum sollicitant: Vindica, Domine, sanguinem nostrum, qui effusus est. Eheu! quot sunt pauperum voces in coelum clamantes; Quot ora viduarum, pupillarum, egenorum divinam implorantium justitiam, atque de illis sibi injuriis conquantur! Paupercola mulier, cui non deerant ante vite commodata, & cui nunc panis ossa deest; pupillus, cui & domus, & hereditas erepta fuit; miser, qui improbe excitatis litibus ad inopiam redactus fuit; infelix pagus vestigialibus, ultra fas, & aequum oneratus, familia eversa ita, ut emendicata pane vititate teneatur, nonne totidem voces sunt apud Deum de damno filii illato querentes? Froh iuste iudex! numquid tandem in terris improbum hunc hominem fines, qui me de bonorum pos-

sessione deprecit? Unice mihi erat domus ejusdem aedibus contigua; quam ille aborbuir. Numquid opipare ille convivabit, me prae fame pererit? Numquid ille in mollibus, fericisque fratris accumbet, me, quem ille bonis exturbavit, humi jacentem? Ubinam, o Deus, iustitia tua? Ex Manuscripto Sermone.

Abite statim, o terrae divites, abite inexplebiles avari, egenos evertite, orphani diomum expilate; viduam injustis litibus, forensibusque iurgis opprimite. Miserorum sanguine, atque substantia flaginamini; utraque manu eripite; ubique rapinam exercete; verum scitote nullum pro vobis Paradisum futurum. Nunc patienter tolerat Deus; videatur nullo in discrimine habere, quae ad paucos pertinet; & illis, qui oppressi lugent, atque suspirant in coelum emittunt ultionem imploraturi ob eam, quibus obmucant, ne auras quidem adhibeant. Sed ille vult, pauperem, viduam, pupillum patientia, atque animi submissione ex illis sibi incoomodis proficere; & e contra furem, ac latroem in altera vita gravissimis, aeternisque suppliciis panire prelostrat. &c. Idem.

Cur patia- aliquos a potentioribus oppri-

Omnia restituendum est: Durum, & grave illis verbum, qui alienis potiti sunt; contentis tamen veritate, quae naturae legibus, publice utilitati, explicitoque innixa est mandato, quo Salvalor ablatum jubet restitui. Mandatum quidem, quod non aliud est, quam illius confirmatio, quod in veteri Testamento fuerat irrogatum; Illius prima basis est iustitia, quae servari jubet aequalitate; quae prohibet, ne mihi vindicem, quod meum non est, vel quae praecipit, ut ea, quibus potius sum, restituiam; quae pari non potest, me bonis exui, mihi auferri jus, quod in aliquo habeo, vel quae praecipit, ut si quid mihi ereptum fuit, me nihilominus illius dominum, atque proprietatem teneate, illius, de qua fueram deturbatus, froitio mihi reddatur. Vixne praclarum hunc iustitiae ordinem perturbare? vixne hanc aequalem aequalitatem, quae illius essentiam constituit? Mundus jam non est, nisi leprotrorum caetera, atque omnino evertitur quidquid maximam vim obinet ad societatem, & necessariam inter homines laborationem alendam.

Obbligatio aliena bona restituenda iustitiae

Si nulla est vera, & sincera conversio sine alienorum bonorum restitutione, ubi quot hodie sunt pseudopoenitentes! Etenim in ardenti hac cupiditate, qua alienis portandis bonis flagramus, quae quidem periculosissima lyrtis est, in quam tot Christiani aliduntur (Tertullianus ait,) quinam ad Sacramenta accedens restituit? Numquam tot existerunt fraudes, tot concussiones, fura, iniustitiae; ubique auditur querela accepti damni, at unquamque passiores vix sunt restitutiones? Quilibet alienis impudens ditescere festinat. Sed in tanto hoc injusurum hominum numero, quocumqueque iniustitiae suae fructum restituit? Attamen hoc dicamus hodie, numquam oblitui; licet nullus ad poenitentiam Sacramentum accederemus; licet lacrymarum torrentes effunderemus; licet omnia bona pauperibus distribueremus, eos tamen frustrati, quibus detrimentum attulimus, numquam cum Deo in gratiam redibimus, nisi ea, quae proximo abtulimus, restituamus: Si res aliena, propterquam peccatum est, cum reddi potest, non redditur; non agitur poenitentia, sed fingitur. Idem.

Sine aliena restituti- one ulla est conversio.

quia bonis, & qui virtute praediti habentur, & quod haec ipsa de causa deterior est aperta superbia, quam Deus, & mortales oderunt; saltem dissolutis ab eodem nobisimae cavere possunt, quoniam clanculum in opimo etiam facta soles irrepere, corumque merita omnia disperdere. Adhuc vero putavimus ea, quae plerumque hanc iactantiam parere consueverunt, laudes scilicet, & plausus: & illa, unde superbiendi animum arripimus, necnon signa, quibus hoc proximus seu verbis, seu factis fiat; verbo quidquid ab hoc pertinet argumentum.

Licet tamen iactantiam proferas a superbia distinxerimus; facile tamen quis intelligi, operosum esse, ac perdifficile de altera verba facere, quoniam aliquando ad alteram sermo recurrit, vel saltem, quoniam aliquid utriusque hinc visio commune afferatur; non secus ac vix, ac ne vix quidem iactantiae fugam iustitiae, quin ad humilitatem amplectendam horteri: Nimis enim haec inter se argumenta coherent, ita ut nihil non utriusque commune possit inveniri.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Sermonum hujus Argumenti lineamenta.

**N**ihil magis injustum iactantia: nihil eadem vel Deo magis contumeliosum, vel magis funestum hominibus; quae tria sermonis partitionem possunt effecere.

Punctum primum. Nihil magis injustum. Etenim hominum existimationem, & laudes aucupor, vel quia mihi bonas inesse puto qualitates, & haec inanis est vanitas; cur enim, Sandus Paulus ait, ob illud glorior bonum, quod ex me non obtineo, & quod mutuum tantummodo accepi? vel quia me aliquid bene, & cum virtute fecisse reor, eaque periculosa, & iniusta vanitas est: hae quippe virtutes vel in speciem tantummodo sunt, vel sunt verae virtutes; si primum, erubescere debent, non gloriari; si alterum, Deus primum est earum auctor per gratiam, ego vero vel minimam earum mihi vindicare partem pure possum. Si bene ago, ut hominum consequar existimationem, tunc virtutes ipsae sunt vitia, & bonae actiones peccata. Si Deo simul, hominibusque placere contendo, hominibus quidem forsitan non placebo, Deo vero certissime displicebo, ac nullam apud eum meritum obtinebo. Si non quaestias hominum laudes, ubi mihi deseruntur, lubenti animo excipio, meritum tunc quidem meum nisi penitus interit, non mediocriter saltem atteritur.

Punctum alterum. Iactantia Deo contumeliosa est; ad Deum unice pertinet gloria; Sola Deo honor, & gloria. Hoc ipsius bonum est, quod alienari non potest; hoc ille sibi omnino reservat; caeterorum quidem in partem nos dignatur accerere, gloriam vero suam nemini vult communicare. Qui ejus particulam sibi vindicare velit, hanc rapit, & apud Deum sacrilegium usurpator est, quicumque minimam gloriam ejusdem speciem sibi arrogare contendit. Deum non novit, qui aliquem praeter ipsum gloriam mereri posse arbitratur; Deum contemnit, Dei existimationem, quae hoc uno emittit pretio, sibi conciliet: Sed Deo contumeliam adfert qui humanam divinam praefert existimationem; nam statim ac ego humanam aucupatorus, divinam iacturam facio; hoc est in discrimine adduco eam existimationem, quae verorum meritum norma est, ut inepiam, fragilem excaemque confectam existimationem, quae nec melior fio, nec beator; sed quae simul ac eam conquiro, nequior fio, ideoque calamitosior; quae quidem est iniusta, indignaque praerogativa merces aequissima.

Punctum tertium. Iactantia homini funesta est, illum enim durissimae torquet laboribus nullum fructum habituris; gratia non majores suadet severioribus Poenitentibus auferretas, non majorem ex severioribus Coenobitis sollicitudinem exigit, non ad graviores labores Apostolicos viros adigit, quam quibus vanagloria suos affectos vexat. Sed vanagloria, quae hominem gravissimis curis exercet, illum viduat fructu, quem inde consequi possit; cumque hic, ut Scriptura loquitur, ventum severit, ventum tantummodo metet. Verum illam non viduat solum fructu laborum suorum, efficitque ut iacturam faciat meritum omnium, quae poterat indipisci; sed etiam bonum in malum convertit, atque in damnationis argumentum immutat. Iactantia rationem invenit, qua hominem in infernum praecipitem deducat per eandem viam, qua ille in coelum facile ascenderat poterat. Numquid potest aliquid fieri excogitari? Numquid satis vitium hoc pethorrescente possimus, quod effectus adeo mali consequuntur?

I. Iactantiae peccatum tria habet, quae in nobis o-

dium cedere debeat, nosque cogere, ut ab eo equis, & quadrigis abhorreamus.

1. Peccatum est, quod inutile appellari potest, ex quo nullum fructum, nullam percipiunt utilitatem: haec enim inanis existimatio, haec nominis celebritas, qua cor nostrum tantopere iactatur; ventus est, ac ut plurimum inanis. Nullum unquam nobis adfert fructum; inde neque majores evadimus, neque perfectiores, sed vacua est imaginarij, vacuaeque boni oblectatio. 2. Servile vitium est; nemo enim magis servus est, quam qui inanis gloriae studio servit. Hoc gravissima nos angit servitute, hoc ad humillima quoque nos submitit, gravissimos labores imponit, & difficillima quoque imperat, ut dubiam, fragilem, atque inconstantem nominis celebritatem consequamur. 3. Vitium est maxime noxium; efficit enim ut bonorum operum fructus, & merces intercidat; saepe etiam nos in mortalium contemptum adducit, ubi illi inane gloriae cupiditatem, qua flagramus, intellexerint; ac tandem causa est plurimorum gravium peccatorum, quae deinde nostram damnationem, atque interitum pariunt.

Hoc inanis gloriae peccatum respicere possumus, III.

1. Quatenus refertur ad Deum, quem debito honore fraudat; furtum est; quod ille in nullo, quicumque tandem ille sit, se passurum decrevit: Gloria meam alteri non dabo. 2. Quatenus in nobismetipsis est, qui gloriam hanc usurpamus, perquirimus, nobis vendicamus; sed quin eam nobis affert utilitatem, quam tamquam naturalium bonorum omnium pretiosissimum ducimus, nobis auferit virtutum nostrarum mercedem, omnia recte factorum merita eripiens. 3. Quatenus ad ipsum refertur bonum, quod vel adipisci, vel adeptos nos esse contendimus, quod quidem est hominum laus, & existimatio; bonum fragile, inconstans, ac saepe etiam commentitium.

Subsistere possumus etiam in solo, quod inanis gloria parit, detrimento. IV.

1. Efficit ut frustra laboribus exerceamur, coelestium praemiorum spem auferens. 2. Non auferit solum bene factorum, virtutumque merita; sed has ipsas virtutes in totidem vitia convertit; 3. Divina in nos detorquet supplicia, saepe etiam dum vivimus adhuc; Deus quippe jubet, in nostrae vanitatis poenam, nos gravissima confusione suffundit, Vanitas, vel mundanae gloriae cupiditas vitium est, quod nobiscum oritur, vel potius, quod nos nascentes nobiscum afferimus. Illam a primis parentibus hereditario quodam jure traditam accepimus, eisque accepta referre possumus mala, quae in nobis producit. 1. Vitium est, quod omnium novissimum superamus, hostis est, qui ad mortem usque eos maxime impetit, qui summa sanctitatis laude resident, & qui saepe nos vincit per eam virtutem, quam de ipso retulimus. 2. Hoc potissimum est vitium nostrae agitatae exerceatur; alii quidem, ut inane gloriam acquirant, vel accupentur; alii vero, ut alienam foveant vanitatem, ut opifices, alique, qui ex hominum vanitate lucellum, vitiumque percipiunt.

Magna Christiani hominis sapientia est gloria fugere, at omni nisu contendere, ut illam virtutibus, & recte factis acquirant. 2. Mundi festatorum dementia est illam perquirere, atque ad eam promerendam nullam lapidem non movere. 3. Tria considerare possumus in ea gloria, quam ab hominibus expectamus, vel quam tanto aisu, & cura perquirimus. V.

1. Magna Christiani hominis sapientia est gloria fugere, at omni nisu contendere, ut illam virtutibus, & recte factis acquirant. 2. Mundi festatorum dementia est illam perquirere, atque ad eam promerendam nullam lapidem non movere. 3. Tria considerare possumus in ea gloria, quam ab hominibus expectamus, vel quam tanto aisu, & cura perquirimus. VI.

1. Magna Christiani hominis sapientia est gloria fugere, at omni nisu contendere, ut illam virtutibus, & recte factis acquirant. 2. Mundi festatorum dementia est illam perquirere, atque ad eam promerendam nullam lapidem non movere. 3. Tria considerare possumus in ea gloria, quam ab hominibus expectamus, vel quam tanto aisu, & cura perquirimus. VII.

GLORIA,

Iactantia, Vanitas, Ostentatio, Laudes, Plausus &c.

MONITUM.

**A**dmonimus jam, cum iactantia sit ambitionis vel speciei quaedam, vel effectus, de quo in titulo de Humilitate verba facimus, illic afferri merito potuisse ea omnia quae de eadem collegimus; verum opere pretium futurum nos censuisse, si peccatorem hujus argumenti titulum insisteremus, quippe satis copia suppeditat, unde plures Ethici sermones haberi possint; & alioquin nimis uberes materias simul nos fuisse confertim pertractaturus, si cum aliis hanc permiscere placuisset, quae per se satis ampla est, & abundans. Ilic igitur afferemus ea, quae de iactantia collegimus, quod vitium adeo familiare est hominibus etiam aliquin

BIBLIOTECA CENTRAL